Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



118

Omnipotens semper deus castorum corporum ac mentium conseruator ac custos. piis ecclesiae tuae precibus adesse dignare. ac intercedente beata Walpurga uirgine tua. mentibus nostris piius illabere. ac spiritalis uitae nobis tribue puritatem. per. Secreta.

Hanc hostiam tibi domine dicatam. angelica oculis tuae maiestatis proferat celsitudo. ac placabile tibi et omnibus sacris tuis esse proficiat. per. Communio.

Satiati corporis ac sanguinis domici alimonia domine os nostrum supplici deuotione deposcimus. ut ipsa patrocinante cuius sollempnia celebramus. haec eadem sacrata mysteria ad animarum uegetationem perpetuae uitae semper sentiamus. per.

Deus qui inpreclara salutifere crucis inuentione passionis tuae miracula susceptasti. concede ut uitalis ligni precio eterne uitae suffragia consequamur. Qui cum do. Secreta.

Haec oblatio domine abomnibus nos purget offensis. quae in ara crucis immolata. etiam totius mundi tulit offensa. Ihc xpe dns nr. Communio.

Refecti cibo potuique celesti. quos omnipotens deus. ut ab hostium defendas formidine. quos redemisti precioso sanguine filii tui dni nri ihu xpi. Qui tecum.

Praesta quesumus omnipotens deus. ut qui sodalitio Alexandri. Secundi. et Theodoli. martyrum tuae Alexandri. Euentii. et Theodoli. martyrum